



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. cliii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

Ex cōcil. Venetico, cap. 1. **C**lericus qui intra muros ciuitatis manet, & ea die matutinis hymnis sine egritudine defuerit, septem dies à communione habeatur extraneus.

*Quòd omnes sacerdotes domini oportet doceri, vt ceteros instruant, & sibi proficiant. Cap. CLIIII.*

Ex epist. Anacle- ti papæ omnibus fidei. mis sa. ca. 10 **D**oceri ergo omnes oportet, qui domini sacerdotio funguntur, & vt ceteros instruant, & sibi proficiant. Scriptum est enim: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi stelle dor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas æternitates. Et alibi: Populus autem sciens Deum suum obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt multos. Ipsa enim veritas per se infert, & dicitur Beatus est qui non fuerit scādalizatus in me. Ille proculdubio est scādalizatus in Deum, qui rectè non docet, & qui eius scādalizat episcopum vel sacerdotem.

*Vt singuli presbyteri singulis annis suo episcopo de ministerio suo rationem reddant. Cap. CLV.*

Ex cōcil. Mogun. à Nicol- fo eiusdē. sedis ar-chiepisco habito, cap. 3. **V**T vnusquisque presbyter per singulos annos episcopo suo rationem ministerii sui reddat, tam de fide catholica, q̄ de baptifino, atq; de omni ordine ministerii sui.

*Vt omnis presbyter sibi subditos fidem discere constringat. Cap. CLVI.*

Ex cōcil. Gāgren. cap. 5. **S**ymbolum, quod est signaculum fidei, & orationem dominicam, discere semper admoneant sacerdotes populum Christianum. Volumusq; vt disciplinam condignam habeant, qui hæc discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione. Propterea dignum est, vt filios suos dudent ad scholam, siue ad monasteria, siue foras presbyteris. vt fidem catholicam rectè discant, & Orationem dominicam, vt domi alios edocere valeant. Qui verò aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat.

*Qualem professionem presbyteros, aut diaconos suo episcopo oporteat facere, quando per parochias constituuntur. Cap. CLVII.*

Ex cōcil. Toleta. 5. ca. 27. **Q**uando presbyteri aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere.